



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque
humanae uitae specu//la**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1540

De gaudijs paradisi & pœnis inferni Cap. VII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

mea, cum dimissis omnibus, quorum est tibi tam iucunda presentia, tam gratus aspectus, sola penitus incognitam regionem ingredieris & occurrantia tibi ceteruatim irruere terribilissima monstra uidebis. Quis in die tante necessitatis occurret? Quis iucibitur & iugentibus preparatis ad esam? Quis consolabitur? Quis deducet? Sed occurrunt utique iustorum animabus angeli sancti, daemones arcendo, ne illas exeuntes impediunt, ac ipsas in caelum cum gaudio deferendo. Porro de iniquarum animarum transitu dicit Bernardus, quod est illis horror in exitu, dolor in transitu, pudor in conspectu gloriae magni dei. Vnde psalmist. Mors peccatorum pessima. Mala in amissione mundi, peior in corporis & animae separatione, pessima in uermis contritione & ignis concrematione. Et quod omnium pessimum est, in diuinae contemplationis priuatione. Considera ergo dilectissime mihi frequenter, quod mors non potest declinari, hora mortis non potest inuestigari, tempus a deo praedeterminatum non potest immutari. O uita secura ubi conscientia pura, ubi mors sine formidine expectatur, cum dulcedine optatur, & cum deuotione acceptatur. Bona siquidem est mors iusti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter securitatem.

De gaudijs paradisi & poenis inferni

Cap. VII.

Oculus non uidit nec auris audiuit, nec in corde hominis ascendit, quae preparauit deus his qui diligunt.

1. Cor. 2.

qui diligunt illum. O anima peccatrix & misera, ut tibi iam uilescant omnia quæ sunt in terra, attende diligenter quæ & quanta sint quæ præparantur electis dei in cælis. Vnde sciendum quod tot & tanta sunt in cælis gaudia, quod omnes arithmetici huius mundi non possent ea enumerare, omnes geometrici nõ possent ea mensurare, omnes grammatici, rethorici, dialectici non possent ea sermonibus explicare, quia oculus nõ uidit nec auris audiuit, &c. Gaudebunt quippe sancti supra se de dei uisione, infra se de cæli & aliarum creaturarum corporaliu pulchritudine, intra de corporis & animæ glorificatiõe, iuxta se de angelorum & hominum associatiõe. Anselmus uero ponit septem bona corporis, & septem bona animæ, quæ iusti habebunt in cælestis patriæ beatitudine. Et primo ponit bona corporis quæ sunt, pulchritudo, uelocitas, fortitudo, libertas, sanitas, uoluptas, æternitas iustorum dicēs. In illa ergo uita iustorum pulchritudo solis pulchritudini, quæ septemplex quam modo sit speciosior erit adæquabitur, quæadmodum diuina scriptura testat. Fulgebunt iusti inquam sicut sol in regno patrum. Velocitas nos tanta comitatur, ut ipsis angelis dei æque similes simus, qui a cælis ad terras, & a terris in cælum dicto citius dilabuntur. Huius quoque uelocitatis exemplum in radio solis licet intueri, qui statim orto sole in plaga orientali, pertingit in ultimam plagam occidentalis ut in eo perpendamus non esse impossibile quod de nostra dicimus uelocitate futura, præsertim cum in rebus animatis solet esse maior uelocitas quæ in inanimatis. Præualebunt uiribus quicquid meruerint supernis ciuibus sociari, in tantum ut nullatenus illis obfistere quicquid ualeat uel si mouendo uel euertendo uoluerint quid a suo statu quocumque diuertere

tere non illico cedat, nec in eo quod dicimus ma-
iore conatu laborabunt, q̄ nos modo in motu o-
culorum nostrorum. Ne, quęso, excidat animo
quam adipiscimur angelorum similitudo, quati-
nus si hic aut his quę dicimur sumus, aliud exem-
plum non occurrit, ipsa occurrat, atq; in quibus
angelis ualere constiterit, etiā q̄que nos ualere pro-
bet & asserat. Quicunq; ergo angelorum fue-
rint similitudinem assecuti, eorum quoq; liberta-
tem necessario assequuntur. Itaq; sicut angelis ni-
hil obsistit, nec aliquid eis impedire uel constri-
gere potest, quin pro uelle suo cuncta liberrime pe-
netrent: ita non erit obstaculum ullum q̄d nos re-
tardet, nec clausura q̄ nos detineat, nec elementū
q̄d nos ad uelle parū obsistat. De sanitate q̄d me-
lius dici poterit, q̄ q̄d Psal. canit: Salus, inq̄t, iu-
storum a domino. Quibus autem fuerit uera sani-
tas, q̄ subire poterit infirmitas. Credere & incun-
ctanter astruere licet sanita tem uite future, ita iu-
gem & incommutabilem ac immobilem fore, ut
ineffabili quadam atq; sensibili suauitatis dulce-
dine totum hominem repleat, ac om̄e q̄d alicuius
in se uiciissitudinis mutabilitatis, aut lesionis suspi-
cionis pretendere queat procul arceat atq; repel-
lat. In illa futura uita inestimabilis q̄dam delecta-
tio bonos inebriabit, et dulcedine sui totos eos in-
estimabili exundantia satiabit. Qui dixi totos.
Oculos, aures, nares, os, manus, pedes, gutt, cor
secur, pulmo, ossa, medulla, exta etiā ipsa & cuna

Psal. 36.

R

SPECVLVM

Et singulatim, singula quoque membra eorum in commune tam mirabili delectationis & dulcedinis sensu complebuntur, ut uere totus homo torrete uoluptatis dei potetur, & ab ubertate domus eius inebrietur. Qui ergo hæc bona fuerit adeptus non intelligo ad quod corporis sui pro commo- terius porrigatur affectus. Solummodo affit ei, quod cunctos appetere diximus, diurnitas uite. Sed illa isti minime de erit, quia iusti imperpetuum uiuent. Sunt etiam alia que quodam his que digessimus, non minus amantur, sed ad animam sicut illa ad corpus referuntur, que nihilominus in septenario numero constituta, non modicum placent menti que ipsorum fuerit sapore imbuta. Sunt autem hæc sapientia, amicitia, concordia, potestas, honor, securitas, gaudium. Sapientia ergo tanta in futuro bonis erit, ut eorum que scire uoluerint, nihil sit quod ignorent. Scient enim cuncta que scienda sunt. Fecit enim deus tam ea que preterita sunt, quam que huius seculi sunt futura. Ibi a singulis omnes ab omnibus singuli cognoscetur, nec queng omnino latebit, que patria, que gente, qua stirpe quis editus fuerit uel quid in uita fecerit. Amicitia intantum singulorum intima erga singulos suo feruore complebit, ut amor cuiusque in quem sufficiat cuique. Prefertim cum omnes unum corpus sint Christi, & Christus qui est pax ipsa, sit omnium caput, nec minori se affectu complectantur, quam membra unius corporis sibi uicem copulantur. Amabis ergo omnes ut teipsum

Sapientia
beatorum
in futuro
quanta.

& amaberis ab omnibus, ut ipsi a se. Putas abundans eris in dilectione, quoniam hoc tibi fuerit in possessione. At tamen ipsa transi & contemplare ipsum per quem haec bona tibi prouenire, & percipies quia ille priusquam tu ipsum & quam omnes alij incomparabiliter amabit te, & super te ipsum tu ineffabili quadam suauitate illum amabis. Si itaque erit tanta in cunctis concordia, ut in nullo sentias aliquem discrepare ab eo quod a te constiterit uelle. Corpus unum erimus, ecclesia una erimus, sponsa Christi erimus, quicumque ibi erimus. Non ergo maior inter nos discordia erit quam nunc est inter unius corporis membra. Verum sicut uides in motu oculorum quod illuc quod unus uertitur mox alius sequitur, ita quocumque uelle tuum conuerteris, uelle omnium sine aliqua discrepatione illico tibi praesto habebis. Quid dixi omnium? Ipsa dei uoluntas non erit a tua diuersa sed sicut tu quod ille, ita ille in cunctis quod tu. Caput namque a suo corpore quomodo discreparet. Cumque itaque deum & omnes uoluntati tuae concordēs habueris, profectio nihil uoles, quod non posses. Omnipotens ergo eris uoluntatis tuae, quoniam ipsum omnipotentem habebis in omnibus concordantem uoluntati tuae. Itaque cum haec tibi tanta potestas affuerit, honor condecens potestati minimi deerit. Igitur dum possessione horum honorum quae digessimus felix fueris, nonne sufficiens tibi uideberis? Maxime inquis. Itaque cum ipsa uita perpetuo duret in ill

R ij

SPECVLVM

Gaudiū
beatorū
iexplica
bile.

la uita, & hæc omnia tibi habēti securitas q̄q̄ ea
amplius nō perdendi talia arriserit, obsecro quid
estimas tibi erit? Securus ergo tātorum honorū
perpetuo eris, nec alicuius tibi aduersari uolentis
incursum timebis. Potest ne ergo illius gaudiū mo-
dus a q̄quam homine penetrari? Cum ultra mille
milia & decies centena milia innumerabiles ibi
sint, & omnes eadem beatitudine perfruatur, nec
ullus eorum sit, q̄ non tantum de bono alterius
gaudet, quantum de suo. Præterea uidentes deum
ipsum, quem ipsi supra se amabunt ipsos amantē
& intelligētes inenarrabiliter plus q̄ seipso illum
amantem, in gloria eius mira & ineffabili exulta-
tione exultabunt. Cum ergo iusti fuerint tanta fe-
licitate beati, restat ut iniusti per contrarium sint
inestimabili quadam infelicitate miseri. Sicut em̄
iustos mira pulchritudo, uelocitas, fortitudo, liber-
tas, sanitas, uoluptas, alacres facit & iubilantes:
ita iniustos, immanis et inestimabilis fœditas, tar-
ditas, ibecillitas, seruitus, lāguor atq; dolor mœ-
rentes reddet & eiulantes. Sane diurnitatem ui-
tæ, quam iusti pro fruendis bonis summo amore
complectētur, iniusti pro interminabili pœna qua
torquebuntur, q̄niam inerit illis summo odio exe-
crabuntur. De sapientia uero qd dicam non inue-
nio, nisi q̄a sicut iustis erit in gaudium & honorē
ita iniustis qcquid scient erit in mœrorem & con-
fusiōem. Amicitia autem qua inuicem p̄j summa
iucunditate copulabūtur, si qua impijs erit, in tor-

mentum illis erit. Quo enim magis quod amabunt eo magis in eorum poena dolebunt. Discordiam habebunt cum omni creatura. & omnis creatura discordabit cum illis. Hinc ergo pro potestate bonorum, tanta impotentia eos sequitur, ut omnino nihil eorum quod uoluerint possint, & quicquid habuerint, nolint. Igitur pro honore sanctorum obtinebunt perenne obprobrium. Et haec quod sine clauduntur. Vere sicut amici dei securi erunt se nunquam amissuros bona sua, ita isti inimici dei omnino desperabunt se amplius iam perdituros haec mala sua. Pro eterno & ineffabili gaudio honorum hereditabunt incogitabilem tristitiam, omnes qui pro impoenitudine reatus sui transitori sunt in societatem demoniorum. Haec Anselmus. In illa igitur futura beatitudine, ut ait beatus Augustinus, Deus omnes sensus beatorum spirituali & ineffabili delectatione reficiet, cum ipse obiectum omnium sensuum sit futurus. Erit namque deus speculum uisui, cithara auditui, mel gustui, balsamum olfactui, flos tactui, quia propterea deus homo factus est ut totum hominem in se beatificaret, unde sensus interior reficietur in contemplatione diuinitatis, & sensus exterior in contemplatione humanitatis. Et breuiter secundum Augustinum & Gregorium, Tanta est ibi pulchritudo iustitiae, tanta iucunditas lucis aeternae, ut etiam si non liceret in ea amplius uiuere seu morari, nisi quantum unius diei mora, propter hoc innumerabiles huius uitae dies pleni

August.

Grego.

SPECVLVM

- Psal. 83.** delicijs & circumfluentia temporalium bonorum recte meritoq; contemnerentur, Non enim falso aut paruo affectu dictum est, quia melior est dies una in atrijs tuis super milia. Bernardus: Quis in hac uita pensare potest, quanta sit illa felicitas beatorum uidere deum esse cum deo q; erit omnia in omnibus, habere deum q; est summum bonum, & ubi est summum bonum, ibi est summa felicitas, summa iucunditas, uera libertas, perfecta charitas, eterna securitas & segura eternitas. Augustinus dicit, O gaudium super gaudium uidere deum q; eum q; saluauit eum, q; glorificauit eum, uidere faciem dei sui q; d est summum bonum, gaudium angelorum atq; omnium sanctorum. Qui quidem deus secundum Gregorium tam inestimabilis pulchritudinis est, ut angeli q; solem septupliciter sua uincunt pulchritudine, iugiter in eum infatigabiliter desiderent prospicere. Item Augustinus, Nulla ibi cōsurget malitia, nulla carnis miseria, nulla iam peccandi uoluntas nec delinquendi potestas, sed totū exultatio, totum letitia possidebit, homines angelis sociati. O anima mea iā uidisti quanta sint iustorum gaudia, q; grandis letitia, quanta serenitas, quanta iucunditas illius superne ciuitatis. O felix iucunditas, o iucunda felicitas, sanctos uidere & cū sanctis esse & esse sanctum, deum uidere, deum habere in eternum et ultra. Si q; tidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam geennam longo tempore tolerare, ut Chri

sum in gloria sua uidere possemus & sanctis eius sociari, nonne dignum erat pati omne qd triste est ut tantę glorię rātiq; boni participes haberemur? Quapropter anima mea a turba terrenorum desideriorum secessum mentis petamus, & inde a se creto cordis illicitarum cogitationum tumultus expellentes, & intentione patrię superne in amorē intime getis anhelātes, reuertamur ad ciuitatem celestem, in qua scripti sumus & ciues decreti. Sic ut ergo ciues sanctorum & domestici dei, & sic ut heredes dei, coheredes autem Christi ut ad eū cito peruenire ualeamus. Si qramus qmodo hoc fieri potest, uel qbus meritis uel auxilijs. Audi, res ista posita est in potestate facientis, quoniā regnū celorum uim patitur. Regnum celorum, o homo aliud non qrit precium, nisi te ipsum, tantum ualeat quantum es, te da & habebis illud. Quid turbaris de precio? Christus semetipsum tradidit, ut acquireret te regnum deo patri. Ita tu temetipsum da ut sis regnum eius, ac non regnet peccatum in tuo mortali corpore, sed spiritus in acq̄sitiōem uī te. O peccatrix anima & misera si hęc quę tibi iam dixi de gaudijs et excellentijs, qbus sancti et electi dei in eternum gaudebunt in regno celorū, non te moueant ad promerendum per pœnitentiā & per opera uirtuosa cum gratia dei regnum celeste, timeas & pau eas atque timendo considera miserabiles conditiones, & pœnalitates inferni ciuitatis diaboli, ut timore & pauore resurgas

R iij

SPECVLVM

& reuertaris ad dominum deum tuum toto corde. De quibus poenis sciendum, q̄ cum in damnatis sit diuersitas peccatorum, erit etiam diuersitas poenarum. Vnde Gregorius: Vnus q̄dem generis ignis credendus est, sed non uno modo cruciat omnes peccatores. Vnus q̄sq̄ enim quantum exigit culpa, t̄antum sentiet de poena. Sicut ab eodem igne aliter uritur palea, aliter lignum, aliter ferrū. Iste ignis taliter inflammatus est ab ira iudicis succensus, q̄ nouo incendio nō indigebit usq̄ in sempiternum. Vnde Iob. Deurabit eos ignis q̄ non succendetur. De acerbitate huius ignis dixit Sebastianus cui angelus ad aurem stabat, q̄ iste ignis sensibilis ita se habet ad ignem generalem sicut ignis depictus in pariete ad istum sensibilem. De isto igne erit secundum Isidorum, in inferno aliqd ob scuri luminis, q̄ damnati uidere possint unde dolent, nō unde letentur. Eos q̄ppe quos reprobi nūc inordinate diligunt, secum tunc in tormentis uidebunt, ut poenam proprię cognitionis exaggeret carnalis cognatio auctori preposita pari ante oculos ultione dampata. Hic solet q̄ri an damnati uideant gloriam beatorum. Ad hoc respondet Gregorius in homilia de diuite epulone, sic dicēs. Credendum est q̄ ante retributionem extremi iudicij iniusti in requie quosdam iustos conspiciāt, ut eos uidentes in gaudio, nō solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucietur. Iusti uero in tormentis semper intuentur iniustos, ut hinc eorū gau

Grego.

Iob. 21.

Mat. 16.

diū crescat, q̄a malum cōspiciunt q̄ misericor
diter euaserunt, tantoq̄ maiores ereptori suo gra
tias referunt, quanto uident in alijs q̄ ipsi perpeti
si essent relictī potuissent. Et ut idem alibi ait, Nō
suscabit beatitudinem iustorum aspecta p̄na re
proborum, quoniam ubi iam compassio miserie
non erit, beatorum l̄ctitiam minuere non ualebit.
Etsi enim in natura sue bonitatis misericordiam
habent, iam tunc autoris sui iustitie coniuncti, to
ta rectitudine coniungentur, ut nulla ad reprobos
compassione moueantur. Vnde dicit Prosper, q̄
tunc filiorum parentum coniugum miseria bea
tos contristare non poterit. Videbunt autem da
mnati beatos ante diem iudicij non hoc modo, q̄
gloriam eorum qualis sit cognoscant, sed solum
modo cognoscent eos esse in gloria quadam in
estimabili. Et ex hoc cruciabūtur, tum propter in
uidiam dolentes de felicitate bonorum, tum pro
pter hoc, q̄ ipsi talem gloriā amiserunt. Sed post
diem iudicij omninō beatorum uisione priuabun
tur, nec tamē ex hoc eorū p̄na minuetur sed au
gebitur, q̄a memoriam habebunt beatorum glo
rie, q̄ in iudicio & ante iudicium uiderūt, & hęc
erit eis in tormentum. Sed ulterius affligentur in
hoc, q̄ uidebunt se indignos reputari etiam uide
re gloriam, quam sancti merentur habere. Item
potest q̄ri an damnati uideant, q̄ in hoc mundo
aguntur. Ad hoc respōdet Gregorius pertractās
illud Iob. Siue nobiles fuerint filiū eius siue igno

Prosper

12. mor.
Iob. 9.

R v

SPECVLVM

An dāna
ri uideāt
ea q̄ i hoc
mūdo a-
guntur.

biles, non intelligit. Sicut hi q̄ adhuc uiuentes sunt mortuorum animę q̄ loco habeantur ignorāt: ita mortui uita in carne uiuentium post eos qualiter disponatur nesciunt, q̄a uita spiritus longe est a uita carnis. Quod tamen de animabus sanctis sentendum non est, q̄a q̄ intus omnipotentis claritatē uident, nullo modo credendum q̄a sit aliqd̄ foris q̄d̄ ignorent. Boni ergo uident q̄ fiunt circa suos, mali autem non. Et si dicas, magis distat a dāna/tis gloria beatorum, q̄ ea q̄ in hoc mundo aguntur, sed ipsi non uident ea que circa nos aguntur, ergo multo minus possunt uidere gloriam beatorum. Dico, ea que hic aguntur, non ita affligerēt damnatos in inferno, si uiderentur, sicut gloria beatorum inspecta. Vnde non ita ostenduntur damnatis ea que hic aguntur, sicut sanctorum gloria, quamuis etiam eorum que hic aguntur ostendantur eis que in eis tristitiam augere possunt, licet per se non uideant. Item queritur an damnati in inferno uelint oīno alios eē damnatos. Ad hoc dico, sicut in beatis in patria erit perfectissima charitas: ita in damnatis erit perfectissimum odium. Vnde sicut beati gaudent de omnibus bonis, ita mali de omnibus bonis dolebunt. Vnde felicitas sanctorum considerata eos maxime affligit, unde uellent omnes honos esse damnatos. Tāta em̄ erit inuidia in damnatis, q̄ etiam propinquorum glorię inuidebunt, cum ibi sint in summa miseria, cum etiam in hac uita hoc accidit crescente inui-

dia. Si tamen minus inuident propinquis quam alijs. Et maior esset eorum poena si omnes propinqui damnarentur & alij saluarentur, quam si aliqui de suis propinquis damnarentur. Et exinde fuit quod diues petijt suos fratres a damnatione eripere. Sciebat enim quod aliqui eriperentur, maluisset tamen fratres suos non cum omnibus alijs damnari. Et scias, quod quamuis ex damnatorum multitudine poena singulorum augeatur, tamen tantum supercrescit odium & inuidia, quod magis eligunt torqueri cum multis, quam minus soli. Queri etiam potest an mortui, maxime damnati, uel recordentur ea quae hic sciuerant. Ad hos dico, quod in damnatis erit consideratio eorum quae prius sciuerunt, ut materia tristitiae, non autem ut delectationis causa. Considerabunt enim & mala quae gesserunt, ex quibus damnati sunt, & bona dilecta quae amiserunt, & ex utraque torquentur. Praeterea scias quod duplex poena in genere erit in inferno, scilicet poena damni & poena sensus, quas tangit Christus apud Mattheum. ubi dicit, Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. De poena sensus quae multiplex est, sic dicit Gregorius super illud Matthei. Eijcientur in tenebras exteriores. In inferno erit frigus insuperabile, ignis inextinguibilis, uermis immortalis, foetor intollerabilis, tenebrae palpabiles, flagella cedentium, horrida uisio demonum, confusio peccatorum & despatio omnium bonorum. Itaque damnati pleni erunt omnibus

Matt. 7.

Matt. 8.

SPECVLVM

Isa. 13:

Bar. 11.

Joel. 2.

seria & dolore, habebunt enim fletum in oculis, fridorem in dentibus, foetorem in naribus, gemitum in uocibus, terrorem in auribus, uincula in manibus & pedibus, ignisque ardorem in membris suis omnibus. Vnde quidam ait, Infernus est fouea mortifera, poenis omnibus & miseris referta. Ibi ut scribit Isaias, Vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusti uultus eorum. Baruch Nigrae sunt facies eorum a fumo. Nam omnes uultus peccatorum redigentur in ollam, ut habetur apud Ioelem. Item acerbitas poenarum infernalium potest considerari ex fletu & fridore dentium, ex desiderio mortis, ex manducatione linguarum & blasphemia creatoris, & ex multis alijs his similibus, quae omnia ibidem sunt uentura, ut patet ex locis uarijs scripturarum. Vnde Apocalyp. 16. Comederunt linguas suas pro dolore, & blasphemauerunt deum caeli pro doloribus & uulneribus suis. Tanta erit acerbitas poenarum, quae peccatores uita quam omnes appetunt sperata & contempta, mortem quam omnes fugiunt, ardenti desiderio affectabunt. Apocalyp. 19. In diebus illis querent homines mortem & non inuenient eam, et desiderabunt mori & fugiet mors ab eis. Chrysostomus. Ibi quod agemus, quod respondebimus: nihil erit ibi nisi stridor dentium nisi ululatus & fletus & sera poenitentia, cessantibus undique auxilijs, & undique inualescentibus poenis: sed nec solatium quidem ullum. Nulli enim occurrent oculis no-

stris nisi solum pœnarū ministri & facies undiq̃
 dura tortorum, & q̃ est omnium deterius, nec ae
 ris q̃dem ipsius ullum erit solatium aut lucis. In
 his autem positis quis tremor, imo q̃ resolutio vi
 scerum est diuulsiocq̃ membrorum, q̃ aut quantē
 omnibus sensibus cruces, nullus nunc poterit ser
 mo explicare. De pœna damni sic dicit Chrysoft.
 Nonnulli imperitorum putabant sibi esse satis &
 optabile uideri si geenna tantummodo careant.
 ego autem multo grauiores quam geennam dico
 esse cruciatus remoueri & abijci ab illa gloria,
 excludi ab illis bonis quę preparata sunt san
 ctis. Intolerabilis res est geenna & supplicium
 illud horribile: tamen si mille aliquis ponat ge
 ennas nihil tale dicturus est, quale est a beatę il
 lius glorię honore propelli, odio Christi haberi,
 & ab illo audire: non noui uos. Etenim decem mi
 lia melius est sustinere fulmina, q̃ uultum illū man
 suetudinis pietatisq̃ plenum nos auersantem ui
 dere, & illos totius tranquillitatis oculos nequaq̃
 nos aspicere sustinentes. Sed nequaquam istud pa
 tiamur, o unigenite fili dei, neq̃ experiamur in
 tollerabile illud horrēdumq̃ supplicium. Hęc Chry
 softomus. Vē nobis, q̃a de his malis non cogita
 mus, sed quasi secure torpentes & animę curam
 negligentes ad hęc sine cessatiōe properamus. Sed
 dicet forte aliqs, uidetur q̃ iniustus est deus, q̃a ho
 mo pro uno peccato mortali una hora perpetra
 to eternaliter punitur, Hanc q̃stionē mouit Gre

Chryso.

SPECVLVM

Grego.

gorius, & soluit sic. Scire, inquit Petrus, uelim quo modo culpa quae cum fine perpetrata est, sine fine puniatur. Et respondet Grego. hoc recte diceretur, si districtus iudex non corda hominum sed facta pensaret. Inique enim ideo cum fine deliquerunt quia cum fine uixerunt. Nam uoluissent utique si potuissent, sine fine uiuere, ut possent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper uiuere cupiunt, quia nunquam desinunt peccare dum uiuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, quia in hac uita nunquam uoluerunt carere peccato, & nullus detur iniquo terminus ultionis, quia quamdiu ulxit habere noluit terminum criminis. Alia uero ratio quare peccatum mortale obligat ad aeternam poenam potest sumi ex parte eius in quem peccatur, quia est infinite bonitatis & potentiae, scilicet deus. Vnde & offensa ipsius infinita poena digna est, quia quanto est maior in quem peccatur, tanto magis peccatum punitur, secundum philosophum. Et Chrysostomus dicit: Omnis iniuria talis est, qualis fuit persona iniuriam patientis. In magna enim persona & si modica fuerit iniuria facta magna est. In modica autem persona & si magna iniuria fuerit modica uideatur. Haec omnia dilectissime mihi cognoscens & corde iugiter recolens, esto sollicitus de salute tua, & istud aeternum & crudele infernale supplicium respice, considera in temetipso quae sunt utilia & salubria animae tuae. Quid melius est in presenti seculo pro

In 6. ethi

peccatis plangere & poenitens crebrius obsecra-
 re, aut ibi in ignem eternū sine aliqua utilitate de/
 flere. In hoc enim breui tempore per poenitē tiam
 & lachrymas, indulgentiam & consolationē me-
 reris. Plange ergo hic modicum p̄dilectissime,
 ut ne plangas in secula seculorum. Humiliare hic
 ne ibi humiliaris in exterioribus tenebris, & mit-
 taris in ignem inextinguibilem. Beatus ille q̄ hic
 positus, festinauerit in die iudicij dignus inueniri.
 Miserabilis uero q̄ peccando indignum se a glo-
 ria domini constituetit. In illa hora nubes rapiunt
 omnes sanctos sursum in celum, impios autē dia-
 boli rapiunt mittere in caminum ignis ardentis.
 Quis dabit capiti meo aquam immensam, & o/
 culis meis fontem lachrymarum iugiter emanan-
 tem, ut plorē memetipsum die ac nocte obsecrās
 dominum ne indignus inueniar in hora illa aduen-
 tus eius. Et ne audiam illam sententiam formidā-
 dam. Discede a me operarie iniquitatis, nescio te q̄s-
 sis. Quod a nobis auertat Iesus dñs noster, qui ui-
 uit & regnat eternaliter. Amen.

FINIS.

SPECVLO,

rū status uitæ humanæ, qui dicit̄ speculū,
 siue stimulus poenitentiae. Lib. V.